Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8957
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Legendae in passione xi mil virgin

Legendae vs passionem sanctarum virginum coloniensium dubitatione nonnulla oriebat eo quod secundum tenorem illius relationis absque viro solatiis longissima peregrinatione pertigerint maxime cum navalis instructio gravissimus agat laboribus et periculis in gubernanda scilicet classe. in reparandis armamentis et aplustribus. ubi non solum ventis sed etiam gnarissimis et peritissimis artificibus opus esse clarius sit. Hoc opus virgines seu fragiles etate teneras mobilitate delicatas sufficere non posse nemo est qui dubitet. Ad hoc adire fora. uectualia parare. nundinas petere. virginibus non convenire. que specialiter prohibentur circum. cursare per plateas. vel aliquos in publico miscere sermones. Has igitur questiones intra dies duorum miscebat solum. sunt enim in parte fridericoue. licet. in quo loco sanctarum virginum servantur sacrae. inventa sunt corpora sororum. aliorumque magnorum virorum. quod utrumque cum ipsis inventis satis exprimunt. Est autem monasterium quod dicitur in territorio magontino non procul distans a reno flumine secundum viam. in quo cum aliis sacris virginibus virgo quedam quiescitur. in re simplicitatis et humilitatis elisabeth nomine. cum qua et per quam spe sancti spiritus ubi vult et quantum vult mirabiliter operatur. Sepe enim colloquium perfruitur angelicis et beatis sororum spiritibus admiratur. et revelationes quas accepit. abcisse gemano virginum dilectissimo describunt. Porro vero illi sinceritas

fide

ducitis finem fecit. Inventis itaque sanctorum corporibus et titulis qui appositi fuerunt. ipsa epi virgo multis pertenuibus adhuc quesivit de his et epo largiente de his omnibus instructa est. et ut diximus. a fratre illius hec diligenter excepta. in unum opusculum collecta sunt. Quod cum legissem. et cum illa prefata passione sanctarum virginum gratulissem. animadverti scriptorem illum non quidem dissonaria scripsisse. sed plura que memoratu digna fuerant pretermisisse. Sed hoc ignorantia rerum an consulto factum fuerit. parum constat. Visum est igitur mihi de duobus opusculis quod gratum et opensiosum lectori forte et edicti. quia molestum fuerat unam rem in duobus voluminibus querere. Lanceigitur detrahens. plura supponens. et nec illum necessitate secum integrare hystorie. quam pauciissimis absolui. parum curans de verbis meis an illorum que dicenda fuerant explicare. Breviandi tamen gratia. sepe meis uerbis usus sum. Sciendum sane. quia revelationes quas beata virgo viderat non portinent digeste sunt. sed diversis epis. sicut a sibi familiaribus petebat. et ut ad nos eque revelabant excepte sunt. Vnde factum est ut ipsa relatio non esset continua. sed hinc inde abrupta. Quod ego devitans. ordinem rerum seriatim conjungere statui. ut esset narratio continuata. nihil extrinsecus adhibens. sed rerum gestarum fidem simplici descriptione prosequens. Titulos etiam quibus corporibus inventi fuerant. in fine opusculi seorsum ponere curavi.

vnū compone